Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



duos filios. et dixit adolescentior ex illis patri. Pater. da mihi porcio
nem substancie: que me contingit. Et diuisit illis substanciam.
Et non post multos dies. congregatis omnibus adolescentior filius. pere
gre profectus est in regionem longinquam. et ibi dissipauit substan
ciam suam. uiuendo luxuriose. Et postquam omnia consumasset.
facta est fames ualida in regione illa. et ipse cepit egere. Et
abiit et adhesit uni ciuium regionis illius. et misit illum in uillam
suam. ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrem suum
de siliquis quas porci manducabant. et nemo illi dabat. Ipse
autem ad se reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo patris
mei habundant panibus? ego autem hic fame pereo? Surgam et
ibo ad patrem meum. et dicam ei. Pater. peccaui in celum et coram
te: iam non sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unum
ex mercenarius tuis. Et surgens. uenit ad patrem suum. Cum
adhuc autem longe esset. uidit illum pater suus. et misericordia
motus est. Et accurrens cecidit super collum eius. et osculatus est
eum. Dixitque ei filius. Pater. peccaui in celum et coram te. iam non
sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos.
Cito proferte stolam illi primam. et induite illum. et date anu
lum in manu eius. et calciamenta in pedes eius. Et adducite uitulum
saginatum et occidite: et manducemus et epulemur. quia hic
filius meus mortuus erat et reuixit. perierat et inuentus est.
Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius maior in agro. Et cum
ueniret et appropinquaret domui. audiuit symphoniam et
chorum. Et uocauit unum de seruis. et interrogauit quid hec essent.
Dixitque illi. Frater tuus uenit. et occidit pater tuus uitulum
saginatum. quia saluum illum recepit. Indignatus autem. et nole